

PONTIFICIA COMMISSIO CENTRALIS  
PRAEPARATORIA CONCILII VATICANI II.

Sessio diei : 23 Februarii 1962.

SCHEMA.

DE STATIBUS PERFECTIONIS ADQUIRENDAE.

DISCIPLINA DE RENOVATIONE VITAE ET OPERAE  
IN INSTITUTIS STATUS PERFECTIONIS ADQUIRENDAE  
a Commissione de Religiosis propositum.

SECTIO PRIMA

DE ACCOMMODATA RENOVATIONE VITAE RELIGIOSAE

**PATRIMONIO UC**

PLACET IUXTA MODUM : Nempe cum observationibus  
factis ab Emis. Cardina-  
libus Valeri, Lienart, Frings, Ruffini, Leger, Döfner,  
P. Brown O.P. et a Ministro Generali Fratrum Minorum.

Sed, mihi videtur, quod in Capite XII "De ipsa  
vita religiosa renovanda in particulari " aliqua mentio  
et commendatio fiat de Institutis Theologicis Religiosarum,  
qui nunc existunt in nonnullis nationibus magno cum  
profectu.-

A l a p h r i d u s   S i l v a   S a n t i a g o .  
Archiepiscopus   Ssmae. Conceptionis.